ex scala ubiquisticae gradus à te deturbatos magno cla-
more denuò erigere conatur. Nugatorem istum, in quo ni-
hil solidae eruditionis est, integrum consilii reservo ipse boni
et cordati viri: in praefatione alterius cujusdam libri
paucis refutari potest. Mitto tibi unà epistolas quasdam D.
Zachariae Ursini, praeceptoris nostri dilectissimi, hac lege et
conditione, ut si jam editis scriptis eas adjungere velis, auto-
graphum ad me remittas, ut restitui queat Domini Principis
genero illud repraesenti.
Porrò qui tibi literas istas exhibebit, diu mecum piè modes-
teque vixit et propter vitae integritatem doctrinamque in
scholam Dethandun est translatus, jam verò propter frivolam meam
opinionem causam, ubi publicam testimonium loco suo cum conjuge
et liberis dimittitur. Te itaque rogo, ut virum mediocriter
doctum et pium tua operâ juvare non dedigneris. Verè pauper
est: tradit secum conjugem à juventute virginem educatam,
male doctam, sed tamen bene moratam. Quod si etiam apud
vos locum invenire non poterit, quo se miser conferet? Sed spe-
ro te ex benevolentia Christiana ipsis partibus non defutu-
rum. Haec raptim. Vale vive que in Christo, meoque nomine
officiosè saluta collegam tuum, Dominum Crisium, veterem
meum amicum. Herbornae anno 1593. Calendis Maji. Salutat
te Dominus Pistorius, qui Heizeri antagonistae tuo respondit.

Tibi deditissimus
Jodocus Naum Lecta
Herbornensis minister.

Salutem!

Praestantissime vir, amice et frater in Christo exopta-
tissime, mihique ex animo plurimum faciende. Tua ista sin-
gularis humanitas, qua me communicando mecum
ἐνδογῆ tua de controversiis istis jam pridem
agitatis, in hac verò regione recens motis ejusque quam
in symbolo profitemur τῆν ἀγλωκοινωνίας jam aliquo-
ties participem fieri passus es, ut idem officium denuò
abs te sensus repetere audeam, hoc est, ut tuas novellas
literis hisce adjectas percurrere, et quid tibi inter legendum
in mentem venerit, quemadmodum antea fecisti, mecum com-
municare non graveris. Etsi enim prima fronte videri
possit nihil vitiis praeferri, quod non tum in aliis scri-
ptis orthodoxam veritatem defendentibus, tum in Neostadiana
admonitione ejusdemque defensione abunde refutatum
sit: tamen quia non facile reperire licet communium
adversariorum scriptum, in quo ut scripturis sacris
ut veterum patrum dicta tam violentis glossis 241)

vitam peregrinum saepeque contrarium sensum de-
torqueantur, atque in eo ipso fit, quod Systemati
titulo in hac regione vulgatum est: faciendum pu-
tant qui apud nos Dei et veritatis amantes sunt,
ut ab iis, qui in praefatione haud leviter perstringuntur,
opponatur scriptum contrarium, vel hanc ob causam
quod apud nos multos reperire liceat qui exotica scripta tan-
quam ad se nihil pertinentia ne attingenda quidem esse ex-
stiment, qui ipsi occasionem diligentius inquirendi veritatem
habituri videntur, siquid etiam a nostris hominibus profe-
ratur, quod ostendat scriptum illud, quod ob dictorum e Scri-
ptura et Patribus copiam pro invicto habetur, solido funda-
mento non inniti. Libenter et aliud adjecissem, quod a
nobili meo Antagonista recens adversum me editum est,
sed praeter id exemplum, quod ipsemet ad me misit, nullum aliud
ad manus habui. Solent enim haec scripta nonnisi iis, qui ὁμο-
ψῆφοι vel sunt vel esse putantur ab Antagonista meo distri-
bui. Siqua tamen alia amicorum opera consequi potero, dabo
operam ut ea etiam videre possitis quam primum. Vir,
valeas homo qui serrarios audire vult mecum agat. Quo
sic etiam alii Collegarum, et nominatim Dn. Schönig item
compater tuus Dn. Reuberg in eandem rem [illegible]
ἐλέγχους adjicere vellent, eo ipso officio non tantum de me
privatim, sed etiam de omnibus in hac regione ὀρθο-
δόξοις praeclare mererentur. Rationes, quae vobis ne offici-
um hoc nobis denegetis, suadere et persuadere debent,
adjicere quid attinet? Neque enim dubito pro multis ratio-
num millibus apud vos esse unicum illud Filii Dei dictum:
Et tu conversus confirma fratres tuos. Et de his qui-
dem hactenus. Nunc totius nobilitatis non tantum exu-
lis sed etiam ex aliis, qui adhuc residui sunt, ut ipsi late
narrantur, vita tibi, flos in armis est. Nam Turcae
postquam in Croatia primum quidem a nostris victi fu-
erunt, postea vero per discordiam ducum qui e nostris
partibus esse debebant, victores evaserunt, expugnatis tum
aliis propugnaculis, tum claustro Sissek ~~[illegible]~~ ex arte
munito, quod superiore anno frustra oppugnaverunt,
jam huic quoque regioni, quae Ungariae versus Poloniam limes
est, imminentes circumvicos in Ungaria quidem sitos, sed
Turcicae potestati subjectos magno numero congregati

esse dicuntur. Hactenus justo praelio nihil adhuc est,
sed fuerunt saltem velitationes quaedam, quales inter fini-
timarum arcium milites Christianos et Turcicos
velut militaris exercitii ergo frequenter fieri solent.
Interea autem non desinunt fidei dominatores. Cum
potius quod tempore pacis obtinere nondum potuerunt
exemplo Piscatoris, qui turbato flumine pisces capere
solebat, mota republica in effectum se perducturos sperant.
Ea ipsa enim die, qua haec scribebam habebatur in civi-
tate Eperiensi synodus (sic enim appellare solent congre-
gationem aliquot Politicorum et Ecclesiasticorum viro-
rum aliquando denarium numerum non excedentem,
quorum aliqui ne lectionem quidem norunt, et tamen
de gravissimis controversiis judices esse debent, ex quinque
liberis civitatibus superioris Ungariae Cassovia, Leut-
schovia, Eperia, Bartpha et Cibinio) in qua synodo delibera-
bitur, an rationes, quibus quidam inquieti et turbulenti
homines infaustum illud discordis concordiae Zizanium Eccle-
siis istis offundere conantur, admittendae sint, nec-
ne! Quis futurus sit exitus, solus Deus novit. Hoc certum est
adversarios (quorum plerique Suevi sunt, qui hoc unum
se agere haud obscure ostendunt, ut plures sui gentis et
mentis in nostras Ecclesias et scholas subintroducere pos-
sint, ut in hac etiam regione plane papalem tyrannidem
obtineant:) suffragiorum numero superiores esse. Sed ta-
men interea speramus Deum suae causae non defuturum
esse: cum et vos Ecclesias nostras, quod vos facere non du-
bito, precibus vestris commendare pergetis, et nos vicis-
sim vos universos et singulos cum plurima salute, et in-
primis laudatissimum vestrum Magistratum in solitis
quisque nostris commendamus. Bene vale et cum certe pote-
ris responde traditis literis Dno Frolich juniori, qui no-
vit rationes salvi certas ac tutas, quibus istuc venire possint.
E civitate Keismarck 25 Septemb: Anno 1593.

Tuus omni officio et studio.
Sebast: Ambrosius.

Reverendo & doctissimo viro Dno: Bartho-
lomaeo Hexemero, Ecclesiastae Hornbachi-
ano, Amico et fratri in Christo hono-
rando Salutem.

Reverende Vir ac frater, cogor apud te quoque communi